

Theses utriusque juris.

Numéro d'inventaire : 1980.00012.39

Auteur(s) : Jacques François Gerantet

Type de document : affiche

Éditeur : non renseigné (Paris)

Imprimeur : Ballard fils

Période de création : 2e quart 18e siècle

Date de création : 1749

Description : Une feuille de papier bruni et taché. D'importantes déchirures ont été réparées par du papier collé au verso. Le dos a été renforcé au moyen de ruban adhésif. Le coin supérieur gauche est dégradé. Estampe dans la partie supérieure.

Mesures : hauteur : 745 mm ; largeur : 524 mm

Notes : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit défendre, pour l'obtention du baccalauréat, Jacques Gerantet, le mardi 11 février 1749, à Paris. Les articles de droit civil traitent des invalidations de testaments. Les articles de droit canon portent sur les règles de parrainages pour la nomination des prêtres. L'estampe représente Saint François recevant les stigmates.

Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Autres descriptions : Langue : Français

Nombre de pages : 1

ill.



OPTIMI PATRIS PATRONO.

THESES UTRIQVE JURIS EX MATERIA SORTITO DUCTA. CANONICI. CIVILIS.

Ex Cap. 15. Extra De Jure Patronatus.

JUS Patronatus est jus singulare concessum Ecclesie fundatoribus, eorumque heredibus.
II.
HOC Jus maxime consistit in facultate presentandi Clericum ab Episcopo instituendum, ad Beneficium vacans.
III.
JUS Patronatus vulgò triplex distinguitur; Laicum scilicet, Ecclesiasticum & Mixtum.
IV.
ECCLIASTICUM competit solum Clericis, quia ratione suorum Beneficiorum jus hoc ipsis competere potest.
V.
LAICUM verò potest competere Clericis & Laicis ratione patrimonii vel familie. Mixtum competit Corporibus mixtis, Universitatibus, Collegiis.
VI.
PATRONO ecclesiastico conceduntur sex menses ad presentandum; sed variare non potest.
VII.
QUATUOR tantum menses dantur Patrono laico ad presentandum; sed variare potest.
VIII.
SEIPSUM presentare non potest Patronus, sed filios & nepotes rectè presentat.
IX.
NON potest vendi Jus Patronatus; transit tamen cum fundo cui annexum est.

Ex Lege 15. Cod. De inofficioso Testamento.

TESTAMENTUM dicitur inofficiosum quod est factum contra pietatis officium.
II.
QUERELA inofficiosi testamenti est imploratio officii Judicis, quia testamentum sub colore furoris & insanie rescindi postulat.
III.
NON enim fuit consentiendum parentibus circa sanguinem proprium malignè judicium inferentibus.
IV.
IDEOQUE competit liberis sine causâ exhereditatis, vel iniquè præteritis.
V.
EXHEREDITATIS quidem à patre, præteritis à matre.
VI.
COMPETIT etiam parentibus adversus testamentum liberorum.
VII.
PORRO querela inofficiosi testamenti est extremum & subsidiarium remedium, neque nisi deficientibus aliis remediis datur.
VIII.
UNDE denegatur querela inofficiosi testamenti iis qui semel ultro & spontè judicium delincenti comprobaverunt.
IX.
SIMILITER denegatur iis qui alio jure ad bona defuncti pervenire possunt.

Hæc Theses ex utroque Jure, Deo duce, auspice Deiparâ, & Præsule CLV. D. PAULO CAROLO LORRY, J. U. D. Consult. Facult. Paris. Aggregato, & in Senatu Patrono, tueri conabitur JACOBUS FRANCISCUS GERANTET, Lugdunensis, die Martis 11. Februarii, anno Dom. 1749. a sèsqui-quintâ ad sèsqui-sèptimam.

Aderunt cum jure suffragii forte ducti Clar. D. D. Girard, Desferriere, de Chauvigny, Deslévres, Thomassin, Lorry.

PARISIIS,

IN ANTIQUO JURIS AUDITORIO.
PRO BACCALAUREATU.

Anno MDCCXLIX. Typographum Confabulorum hæc; et Typographi BALLEARD Fili, viâ Bellevue.

